

HIERONYMUS.

ΕΥΣΕΒΙΟΣ.

EUSEBIUS.

omnium levissima, ut Atticæ hemina comparata drachma minus appenderet. Neque aliud forte intellexerunt Hieronymus & Interpretes Septuaginta per *portam Ulai*, quàm portam aliquam, quæ à flumine illo nomen accepisset, nempe quia vel porta aliqua amnis ad castrum admitteretur, vel in amne pons esset, qui portas haberet, ut in plerisque locis vidimus, qui à subjecto flumine *porta Ulai* diceretur.

¹ *ULAMAUS*, pro quo in Hebræo scriptum habetur *Luz*. Eadem est autem quæ & Bethel, sicut supra diximus. Sed & quædam villa nomine *Ulama* in duodecimo Diocæsareæ lapide ostenditur contra solis ortum.

* Οὐλαμμοῦς, τὸ ἐβραϊκὸν ἔχει Λεζά. αὕτη ἐστὶν ἡ καὶ κληθεῖσα Ζαβελά, καὶ μετὰ ταῦτα Βαιθήλ. δηλωταὶ ἀνωτέρω. ἔστι δὲ καὶ ἄλλη Οὐλαμμά ἀπὸ ἱβ' σημείων Διοκαιοσαρείας πρὸς ἀνατολάς. κεῖται καὶ ἀνωτέρω Ὀδολλάμ. μέμνηται αὐτῆς Ἡσαΐας.

ULAMMUS, Hebraicum habet *Lusa*. hæc est quæ vocata est *Zabula*, deinde *Bethel* ostensum est supra. est & alia *Ulama* in duodecimo lapide *Diocæsareæ* versus Orientem. extat item suprà *Odolam*. hujus meminit *Isaias*.

² *UR CHALDÆORUM*, ubi mortuus est *Aram* frater *Abrahæ*, cujus hodieque, sicut *Josephus* refert, tumulus ostenditur, & super hoc quid nobis videatur in libris Hebraicarum questionum plenius diximus.

Οὐρ, πόλις βασιλείας τῶν Χαλδαίων, ἐνθα ἀπέθανεν Ἀρράν ὁ ἀδελφὸς Ἀβραάμ, οὗ καὶ ὁ τάφος εἰς ἐτὶ νῦν δείκνυται, ὡς Γάσηππος ἱστορεῖ.

UR, civitas regni Chaldæorum, ubi mortuus est *Arram* frater *Abrahæ*, cujus etiam sepulcrum usque hodie monstratur, ut refert *Josephus*.

URBS PALMARUM, in Scriptura *Judic.* i. v. 16. & *Cap.* iii. v. 13. & *2 Paral.* xxviii. v. 15. non alia est ab *Hiericho*, ut è postremo Scripturæ loco liquet: ita dicta à *palmarum solo fertili*. Vide *Josephum* *Lib.* v. *Belli Judaic.* *Cap.* iv.

³ *UZ*, unde fuit *Job* de regione *Ausitide*: sed & unus de posteris *Esau* *Uz* nomine appellabatur: de quo in libris Hebraicarum questionum diximus.

Οὐς, ὅθεν ἦν Ἰώβ, ἐν χώρᾳ τῇ Αὐσίτιδι. Οὐς δὲ καὶ ὁ υἱὸς τοῦ Ἡσαῦ ἐκαλεῖτο.

HUS, unde fuit *Job* in regione *Ausitide*. Hus præterea etiam vocatur filius *Esau*.

N O T A E.

1. Diversimodè hæc vox lecta fuit apud Interpretes Septuaginta *Gen.* 28. v. 19. *Ulamaus*, *Ulammaus*, *Lammaus*, *Ulammaus*, *Ulam Luz*, quod postremum solum aliquo modo syncerum haberi potest, in Hebræo enim est *לז* *Ulam Luz*, verum ex his sola posterior vox *Luz* ad urbis nomen pertinet: nostra autem versio loco duarum vocum habet, prius *Luz*. Vide ad eum *Gen.* locum plura. BONFRERIUS.

2. In hac urbe natus est *Abraham*, è qua Deo vocante ad declinandam idololatriam profugit. Significat autem *Ur ignem*, idque omnino verisimiliter, quod ibi *ignis* pro Deo coleretur. Vide de *Ur*

plura *Gen.* xi. v. 28. & *Joseph.* *Antiq.* *Lib.* i. c. 7. IDEM.

3. In versione nostra *Hus* appellatur, de quâ & supra in *HUS* à nobis est dictum. IDEM.

4. Οὐλαμμοῦς] De loco *Geneseos*, ex quo malè intellecto orta est hæc lectio, diximus in *Commentario* nostro ad eum *Mosis* *Librum*, & *Hieronymianâ* *Quæstione* v. §. 8. CLERICUS.

5. *Luzam* vel *Bethel* dictam fuisse *Zabulam* nusquam Scriptura prodit: Sed neque *Hieronymus* hic tale quid habet. BONFRERIUS.

X.

¹ *XIL*, in tribu *Juda*.

Ξιλ, φυλῆς Ἰούδα.

XIL, tribus *Juda*.

N O T A E.

1. Nulla est isto nomine urbs in tribu *Juda* *Jos.* 15. etiam in versione *Septuaginta* Interpretum: quæ in versione nostra maximè ad

hanc vocem accedit est *Cesil* *Jos.* 15. v. 30. BONFRERIUS.

Z.

ZAMBRI, Hebraicè זמרי *zimri*, regio est *Asiæ*, plura regna continens, *Jeremiæ* xxv. v. 25. Quæ autem sit hæc regio & conjecturæ locus relictus est, cum alibi nusquam neque apud sacros, neque apud profanos scriptores illius regionis fiat mentio. Apud *Jeremiam* *Arabia*, *Persidi*, *Mediæ* conjungitur: quid si *PARTHIAM* esse dicamus *Persidi* vicinam. Partem *Arabia*, vel *Persidis* censet esse *Hieronymus* ad eum *Jeremiæ* locum, sed ipse quemadmodum & nos, divinat.

ZANOA vel ZANOE. Vide proximè in ZANOHUA.

¹ *ZANOHUA*, in tribu *Juda*,

Ζανάουσα, φυλῆς Ἰούδα. καὶ νῦν ἐν

ZANAUSA, tribus *Juda*. &

N O T A E.

1. Hæc in versione nostra *Zanoa*, vel *Zanoë* appellatur. Verum gemina isto eodemque nomine urbs in tribu *Juda* adfertur *Jos.* 15. v.

34. & 56. BONFRERIUS.

1. Pro